



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXVI. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Justina V. & M. ope Deiparæ impurum Dæmonem per artes Magicas à Cypriano ejus pudicitæ proco missum & ad fœda sollicitantem constanter rejecit ; quâ Castimonia Cyprianum ad fidem amplectendam, & Martyrium unâ secum subeundum permovit. *Greg. Naz. de S. Cypr.* Ubique tuta vivit bona conscientia.

S. Justina ora pro me Deiparam, ut cum ego astutis Dæmonis fallaciis superandis insufficiens sim, illa magnum hunc animæ hostem procul à me arceat, ab omni periculo me præservet, nec non ab omnibus visibilibus & invisibilibus hostibus tueatur. O Sanctissima Dei & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimam vitæ Spiritum &c. f. 190.

Ad quod impetrandum: Cum S. Mechtilde Christo supplicabo, ut suo meum in Deiparam amorem suppleat.

Propter convenientiam, multiplicemque unionem inter Mariam, Divinamque sapientiam ferè omnia, quæ de Divina dicuntur sapientia, exponi possunt de Maria. *Rich. d. S. Laur. l. 1. c. 5.*

Quæstio: An Diabolus possit in imagine Deiparæ comparere?